tem confugerent pernicique divino timore et civitatem incenderent et nocte fugientes relinquerent a) Christianis. Ipso anno Januenses b) et Pisani in ~~Ptol~~ Ptolomaida machinis et aliis se mutuo offenderunt, postea in Argen-nonum c) pacificati. Ibi estate tota rex cum exercitu commoratus est expectans decrescentiam fluminis ut terram comodius debellarent. Tandem XXVII. die Novembris exercitus Christianus contra Sarracenorum exercitum de Damiata recessit, qui erat in loco dicto Marsora, + in qua via audit soldanum mortuum, cuius filius morabatur in orientali parte expectabatur. Non potuit autem Christianus exercitus ad Sarracenos accedere propter flumen Tampneos intermedium. Inter utrumque igitur flumen castrametati sunt. Factis interdum insultibus paganorum multitudo periit gladio et Nili fluvio, ubi multi submersi sunt, maxime qui transierant flumen ad nocendum Christianis. Attemptant Christiani super fluvium Tampneos edificare pontem; econtra Sarraceni cum machinis et armis impediunt. Tandem VIII Febr. quidam Sarracenus Bedoinus, qui ad exercitum venerat vadum dixit esse inferius. Inde transiunt d) Christiani

a) religq… t C.
b) Januēses C.
c) Argēnū C.
+ vol 2.
in||pediunt C.
d) transeut C.